



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Et Brevis Declaratio Viæ Spiritvalis

Palma, Luis de la

Antverpiae, 1634

De Examine particulari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60472)

SEPTIMVS DIES.

De Examine particulari.

Textus Exercitiorum sancti Patris
nostri sic habet:

*Examen particulare est quoti-
dianum tria tempora com-
plectens, ad dispositionem
sui ac duplicem discussionem
accommodatum.*

Primum tempus est matutinum,
quo debet homo, statim dum à
somno surgit, proponere diligentem
sui custodiam circa peccatum aut vi-
tium aliquod particulare, à quo emen-
dari cupit.

Secundum est pomeridianum, in
quo petenda est à Deo gratia vt re-
minisci

O

minisci

minisci possit ille, quoties in peccatum seu delictum istud particulare incidet, & in posterum cauere: deinde priorem faciat discussionem, exigens ab animâ suâ rationem de peccato seu vitio iam dicto; & singulas diei partes præteritas percurrentes, ab eâ horâ quâ surrexit vsque ad præsentem, quoties illud commiserit, & puncta totidem signet in priore lineâ figuræ subscriptæ; quibus peractis, denuò proponat, per spatium diei reliquum diligentius se cohibere.

Tertium erit vespertinum tempus, in quo post cœnæ horam faciendâ est discussio secunda, percursis itidem horis singulis ab examine priore vsque ad præsens lapsis, & eodem modo, rememoratis enumeratisque vicibus quibus deliquerit, parem eis punctorum numerum signabit in posteriore

riore lineâ figuræ, sequenti similis ad hoc præparatæ.

Additiones quatuor, utiles ad faciliorem & celeriore[m] peccati seu vitij cuiusuis extirpationem.

Prima est, vt quoties id peccati seu delicti genus homo commiserit, manu pectori admotâ, doleat de lapsu: quod fieri potest etiam assistentibus aliis, nec aduertentibus.

Secunda est, vt sub noctem, numeratis comparatisque inuicem punctis linearum (quarum prior priori examini, posterior posteriori assignatur) attendat, an à priore examine vsque ad secundum aliqua successerit emendatio.

Tertia est, vt conferat diei secun-

dæ atque præcedentis examina inuicem; considerans, ecquid sibi emendationis interuenerit.

Quarta, ut, collatis Hebdomadarum duarum inter se examinibus, pari modo factæ vel omisæ emendationis rationem habeat.

Item notandum est ex sequentibus figuris, primam ceteris longiorem deputari diei primæ, puta Dominicæ; secundam uerò diei Lunæ paulò breuiorem, & ita deinceps: cùm par sit diminui in dies erratorum numerum.

Declaratio textus.

VT Exercitia nostra spiritualia prouehant deuotionem, & pios sensus gignant, succedere iis debent bona desideria, desideriiis sanæ electiones, proposita & conclusiones, hisce autem executio: cui dæmon nouas solet opponere difficultates & impedimenta,
eò